RUPERTUS TUITIENSIS. LANFRANCUS CANTUARIENSIS. HIERONYMUS. ETC.
12. Jh. Seite 53r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift



oraculi. Cherub unus sit in latere uno oraculi.
& alter in altero. Utrumque latus propiciatorii tegant
expandentes alas suas et operientes oraculum. re
spiciantque se mutuo uersis uultibus in propiciatorium.
Et libro numeri scriptum est. Fac serpentem eneum ait
dns & pone eum pro signo. Qui percussus aspexerit eum
uiuet. Fecit ergo moyses serpentem eneum et posuit pro
signo. Quem cum percussi aspexissent sanabantur. Iudeus.
Et si iussit ds illa fieri non tamen iussit immo uetuit ado
rari siue coli quecumque eiusmodi. Xpianus. Plane non
iussit neque uoluit ea coli. immo ne colerent ea
proni ad idolatriam iuueniles animi capti pulchri
tudine formarum siue metalli abscondita esse uoluit.
intecta uideri prohibuit. Cum inquit inuoluerint aaron
& filii eius scuarium et omnia uasa eius in commotione
castrorum. tunc intrabunt filii caath ut portent inuolata.
et non tangant uasa scuarii ne moriantur. Item aaron et
filii eius intrabunt ipsique disponent onera singu
lorum. & diuident quid portare quis debeat. Alii
nulla curiositate uideant quae sunt in scuario prius quam
inuoluantur alioquin morientur. Iudeus. Unde hoc
habes quod si uisui patuissent illi cherubyn colerentur.
et ita qui uidissent morerentur. & quod idcirco dixit ds.
alii nulla curiositate uideant. aliquin morientur.
Narrat scriptura de rege ezechia quia ipse Xpianus
confregit serpentem eneum quem fecerat moyses. siquidem
usque ad illud tempus filii israel adolebant ei incensum.
Si ergo potuerunt colere eream similitudinem serpentis.